



suos excolant. actus emendent. uitia deponant. castitatem colant.
 iracundiam mitigent. auaritiam reprimant. Rapacitatem re-
 frenant. mali loquia & stulti loquia ^{uel} scurilitates & obtractatio-
 nem uenena ex ore suo admittant. sciant sibi quia tales sunt qui
 emendare se nolunt. sed in his usque ad senectutem ultimam p-
 seuerant. partem sortemque ab ihudno cum gabaonitis esse tribu-
 endum. sed potius deprecamur uos fratres. uerbidi ligatione
 fungentes. ut dum potestatem adhuc habemus emendandi. de-
 mus operam & festinemus. abiecientes antiquas sortes & panno-
 ueteres uitiorum. coniungi. ac so-
 tiari israeliticae libertati.
 Uir autem uidere israelitarum quanta libertas sit. in lege
 precipitur. ne liceat ebreum puerum. si forte in seruitutem
 deuenit amplius quam sex annis seruire. septimo uero
 anno demitti eum lex liberum iubet. tanta apud eos liber-
 tatis cura. que utique si ad spiritalem intelligentiam reuoce-
 mus. & iam si ebreus puer est. qui in seruitutem decidit. tunc puer
 enim est qui facile in seruitutem decidit. qui autem peccat ser-
 uus peccati. in hoc seruitutem non uirilis & perfectus animus
 decidit. sed puerilis & facilis. Igitur & iam si ebreus puer est
 id est fidelis & baptisma iam in ecclesia consecutus est. & post
 haec in peccati seruitutem decidit. sufficiat tibi sex annis ser-
 uitus. in septimo anno obserua ne seruias. sed festina ad liber-
 tatem tuam. septennarius numerus lege significat mandatorum.
 senarius mundi huius ostendit figuram. Donec ergo quid-
 am huius mundi sapis. & in his exerceris & ^{secundu} carnem cogitas. necesse
 est te seruire peccato. cum uero ad septennarium numerum adest
 ad legis scientiam ueneris. tunc requiritur libertas. nam si p-
 manseris in malis tuis & p seueraueris in peccatis. defixa
 in aure nota uelud qui com monentis redi & ad libertatem